



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

CXXVIII. Karoli Simplicis praeceptum pro Ecclesia sancti Christophori de  
Christoilo in dioeceso Parisiensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-22974**

parationem de Iuscafredo iudex, quem alium non  
men vocant Lobatone. Et est ipsius alande in co-  
mitatu Rossilonensi, in Valle Asperi, in multis  
que locis, videlicet ad ipsa clota quem vocant  
manus cooperata, cum omnes suas adjacentias &  
afrontationes, & in monte nigro subteriore ca-  
cas cooperatas, cum curtes & hortos, cum omnes  
suas adjacentias & afrontationes. Et in loco quem  
vocant in termino de Felgars vel de Fontanilis, ip-  
sas terras, cum ipsis boscos & cum illorum afronta-  
tiones, cum exis & regresfis eorum. Et in alio  
loco quem vocant Caltannatio casas cooperatas,  
cum curtes & hortos, cum ipsis pomiferis, & cum  
ipsas terras quae ibidem sunt, cum exis & regres-  
fis eorum. Et in alio loco quem vocant Barpal-  
mas casas cooperatas, cum ipsis casales, & cum  
ipso molino, terras & vineas, pomiferis vel im-  
pomiferis arbores, cultum vel incultum, cum  
exis & regresfis eorum. Et in aliis locis in rio Fer-  
rario superiori manus cooperatos, cum curtes &  
hortos, terras & vineas, molinis, molinatis,  
cultum vel incultum, aquis, aquarumve ductibus  
vel reducibus, cum exis vel regresfis eorum. Et  
in loco quem vocant Castro Corbi manus coo-  
peratos, cum curtes, curtalibus, hortis, hortali-  
bus, & cum omnes suas adjacentias & afrontationes.  
Sic omnia superius scripta cum omni inte-  
gritate donamus ad supradicto cenobio sancta  
Maria Arlas pro anima Domini nostri Libano  
Comite & pro remedio peccatis nostris, videlicet  
omnes supranominatis manus, casis, casalibus,  
cooperatis & discooperatis, quintanalibus, curtis,  
curtalibus, hortis, hortaliibus, vineis, vineali-  
bus, terras cultas vel incultas, torrentibus, ar-  
bores pomiferis vel impomiferis, verdegratis,  
vernedis, bochos, silvis, garris, molinis, mo-  
linaris, aquis, capitakiis, aquarumve ductibus  
vel reducibus, exis & regresfis, omnis &  
in omnibus, quicquid dici vel nominari potest,  
tam quamvis quam ad inquirendum. Et afrontat  
haec omnia superius scripta vel includit de multis  
partes in possessione supradicto cenobio, vel  
de parte orientis in ipso grado quem vocant Co-  
taleto, & de meridie in ipsa terra de monte nigro  
superiore, vel in ipsa terra quem dicunt Astella,  
qua est in termino de Custoga, & de occiduo in  
ipso guado de Amlara, vel in ipso puto Oriolo,  
vel in roca inferni, & de parte vero Cerci in  
monte Colia. Quantum infra istas quatuor afronta-  
tiones includunt, sic ad flumen Tixi vel rio Fer-  
rarij invergunt, sic donamus & tradimus de no-  
stro jure in potestate & dominio supradicto cenobio,  
ut habeat in Dei nomine liberam & firmissi-  
mam potestatem facere vel judicare inde quod-  
cumque voluerit. Et in termino de villa Pollestris,  
in loco quem vocant Barriano, de praefata com-  
paratione ipsis tres campas ob omni integritate  
cum illorum afrontationes, cum exis & regresfis  
illarum, similiter donamus ad sepefato cenobio.  
Quod si nos donatores aut ultiusque homo vel  
femina contra hanc nostram donationem ad inrum-  
pendum vel aliquod subterendum venire volue-  
rit, justo iudicio Dei & beate genitricis ejus iram  
incurrat, & inantea donatio ista firmis & stabiliis  
permaneat omnius tempore. Facta ista carta do-  
nationis **i v.** Idus Februarij anno sexto regnante

Hegone Rege. S. Ermengardis Comitissa. S. Ber-  
nardus Comes. S. Vulfredus Comes, qui hanc  
cartam donationis fecimus, firmavimus, & testes  
firmare regavimus. Berengarius Episcopus. S.  
Raimundi Levita. S. Dodo. Vulfredus Clericus.  
Atto monachus, qui hanc cartam donationis  
scriptis die & anno quo supra.

## CXXVIII.

*Karoli Simplicis preceptum pro Ecclesia san-  
cti Christophori de Christo in  
diœsi Parisenſi.*

**I**n nomine sancte & individus Trinitatis. Ka-  
rolus divina propitiante clementia Rex. Si ju-  
stis fidelium nostrorum petitionibus aurore nostræ  
serenitatis accommodamus, assentimurque illis pra-  
bemus. acta prædecessorum nostrorum Regum  
scilicet Francorum imitare videmur, ac per hoc 73.  
in nostra fidelitatis devotione promptiores illos  
efficimus. Deinde noverit omnium sancte Dei  
Ecclesie fidelium nostrorumque tam praesentium  
quam & futurorum industria quod adiens nostræ  
benignitatis excellentiam Grimoardus Vicecomes  
atque fidelis noster obmixtæ nostram petit munifi-  
centiam quatinus res Ecclesie in honore beati  
Christophori martyris Christi dicatas, in qua olla  
filiium requiescant, quas idem pro anima sue  
salute eidem Ecclesie triderat, auctoritatis no-  
stra precepto confirmare, & ut nemo deinceps  
illas res ab eadem Ecclesia subtrahere aut ex eis  
dem quiddam consum exigere præsumat, modis  
omnibus inhibere dignaretur. Sunt autem ha-  
res in pago Parisiensi, sive in villa Christoilo,  
hoc est, manfa **x v.** & mancipia utrinque sexus.  
Placuit itaque celsitudini nostræ ejusdem viri ad-  
quiescere petitionibus, & hoc nostra auctoritatis  
preceptum fieri jussimus, & jamdicta Ecclesie  
dari decrevimus, per quod præcipientes jubemus  
ut eadem Ecclesia ablique ulla refractione accep-  
tas res cum omni eorum integritate, terris videli-  
cet cultis & incultis, pratis, vineis, silvis, &  
mancipiis, aquis, aquarumque decursibus, omni-  
que ad se justè & legaliter pertinent, jure perpe-  
tuo teneat & possideat. Et nemo post supranomi-  
nati fidelis nostri Grimoardi deceplum in eadem Ec-  
clesia potestatem habeat, aut ex iis rebus aliquod  
consum exigere præsumat, neque ulla judicaria  
potestas perpetrandi aut hominem fugientem ex-  
pellendi licentiam habeat. Et liberè licet sacer-  
doti Ecclesie Domino famulare & sanctorum pa-  
tronum dignè venerare & ejusdem viri pro salute  
anime supplicare. Et ut hoc nostra auctoritatis  
edictum per omnia tempora, inviolabilem in Dei  
nomine obtineat vigorem, manu nostra subter  
firmavimus & anuli nostri impressione sigillari  
jussimus.

Signum Karoli glorioissimi Regis.  
Herveus Notarius ad vicem Aixericii Episcopi  
recognovit.

Datum **viii.** Kal. Maii Indictione **111.** anno  
**viii.** regnante & redintegrante regnum Karolo  
glorioissimo Rege.

Actum apud Vermeriam palatium in Dei no-  
mine feliciter. Amen.

An. 900.  
Ex magno  
charu-  
lio Eccl-  
esi Parif.  
lib. 19. cap.